Principis eripuit, nec paſſa diutius illam
Maieſtate frui, dulcis & dulcedine ſceptri.
Ite ſimul, ſic fata iubent, ſociare querelas
Vrbs Piſæ, quondam Tyrrheni Roma profundi.
Maſſaq́; Gorſetum, manu vehat inclyta ſecum
Et cum vicino Turrita Peruſia ploret
Aſiſio, & mœſtæ ſaliant ad ſydera voces.
Romanum gemat Imperium, Romanaq́; plangat
Eccleſia, hi lachryment oculi duo lumina terræ
Raptus vterq́; pugil, Latijs quo maior in oris
Non erat, ex Italis Germanos depulit hoſtes
Finibus, & Gallos bello confixit acerbo;
Ante Quirinalem poſſet quàm cernere Romam,
Mille quatercentum atque duos cum duceret annos
Sol, hunc atra dies Septembris tertia ademit.

IOANNES

(c) 2007 Comunidad Autónoma de La Rioja